

centessimi tertij, in parte & partibus ad fauorem dicto-
rum Abbatis, & Capituli Rectorum, Beneficiatorum, &
Cleri latam, approbandam & confirmandam fore & esse:
in ea verò parte, qua dictam contributionem factam pro
expensis custodum, pro peste nominatorum, ac constru-
ctionis pontis Segouianæ nuncupatæ, ac viarum publi-
carum reparatione approbavit, reuocandam fore & esse,
prout hac nostra definitiua sententia reuocamus. Ac in-
super dictam contributionem nullam & inualidam fuisse
& esse ac dicto Clero prout de alijs prædictis contribu-
tionibus per dictum Ordinarium in dicta sententia pro-
uisum est, restitui debere declaramus. Et ita dicimus, ac
definitiuè sententiamus, non solum præmisso, sed omni
alio meliori modo ita pronuntiaui. Ego Laurentius Epif-
copus Senogallien. Nuntius Appestolicus. ¶ Præsens
quidem copia ex suo Originali extracta cõcordat cum
eo, sub die quinta Iulij, anni millesimi sexcentissimi tri-
gesimi quinti, lato & pronuntiato, & in scriptis firmato.
In eius fidem ego infra scriptus Notarius de præmissis
rogatus prædictam copiam subscripsi & signaui, Madriti
Toletanæ Diocesis, die decima tertia Iulij prædicti an-
ni, præsentibus pro testibus Didaco de Gairondo, &
D. Hieronymo de Almonacir Præbytero, in dicto op-
pido residentibus.

In testimonium veritatis.

Christophorus Mançano.

Notarius.





1067993



60984 81800